

- V. Pluribus Commissariis datis coram omnibus causa expedienda.
- VI. Actori quandoque magis favetur quam Reo.
- VII. Sola inhabitatio domus non probat domicilium.
- VIII. Substitutus à Procuratore post lit. contest. non fit Dominus litis.
- IX. Syndicus bona Civitatis & Civium obligare potest.
- X. Amicus sine mandato pro amico agere potest.
- XI. Libellus alternativus in multis casibus valet.
- XII. Non opus est ut omnes Exceptiones dilatoriæ in primo termino opponantur.
- XIII. Fidejussor, si Creditor debitori Principali vel ipsi aliquid debet, compensatione uti potest.
- XIV. Cautio pro reconventionem & expensis regulariter Reo non injungitur.
- XV. Mynsing. Cent. 2. Obs. 67. n. 7. decem casus recitat, in quibus Iudex Laicus suam Jurisdictionem exercere possit adversus Clericos.
- XVI. Generalis Litis contestatio hodiè locum non habet.
- XVII. Narratio unius partis non facit Litis contestationem.
- XVIII. Præsumptio Iuris & de Iure regulariter non admittit probationem in contrarium.
- XIX. Iuramentum suppletorium præstare jussus ad probationes confugere nequit.
- XX. Nullitas totam causam ad Iudicem nullitatis devolvit.
- XXI. Leuteratio & Obleuteratio novam non faciunt instantiam.
- XXII. Leuterationis Leuteratio non admittitur.
- XXIII. Potest quis juramento probare, se apud talem Magistratum Iustitiam non consecuturum.
- XXIV. Iu-